

Mythologia, Padoue, 1616 - 16 : Héb 

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection S rie B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

[Images, Lyon, 1581 - 07 : H b ](#) a pour adaptation ce document

Collection S rie A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

[Imagini, Venise, 1571 - 06 : Heb ](#) a pour adaptation ce document

Collection S rie B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

[Mythologie, Lyon, 1612 - 11 : H b ](#) a pour alternative ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice quipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia* Padoue, 1616 - 16 : H b , 1616

Consult  le 09/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7735>

Pr sentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -


<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Paginationp. 71

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice cr e e par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice cr e e le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024





Arantem . Hanc fuisse aliquando Ganymedem vocatam ab antiquis testatur in Corinthiacis . Pausanias : nam antiqui Heben oblectationem seu voluptatem que percipitur in convivijs vocarunt , quare Homerus in convivijs ministerium illi attribuit . Apud Sicyonios & in Philijs Dia nominabatur : quibus in locis fuit eximiam illius sanum , & illa eximie colebatur , ut ait Strabo libro octavo . Memorie prodiderunt antiqui Herculi post absoluta certamina cum in caelum ascendisset , Heben datam fuisse à Ioue in matrimonium : quare in ea regiuncula , quæ Horti dicebatur apud Athenienses , aræ in communi templo Herculi & Hebeæ consecratæ fuerunt , ut ait in Atricis Pausanias : quæ , ut ait Apollodorus lib. 2. illi Alexiaten filiam & Anictum peperit .

H A E C breuiter de Hebe , nunc sententiam ex his eliciamus . Ego Ciceronis opinioni sane facile accedo , qui ita scribit in libro primo Tusculanarum disputationum , Non enim ambrosia Deos , aut noctare , aut Iuuentute pocula ministrante lætari arbitror : nec Homerum audio , qui Ganymedem a Dijs raptum ait propter formam ut Ioui pocula ministraret . Non in ista causa , cur Laomedonti tanta fieret iniuria . Fingebat hæc Homerus , & humana ad Deos transferbat . Quo pacto Hebe Iunonis filia

dicitur ? quoniam è felicissima aeris temperie omnia herbarum , arborumque genera pullulant , & pubescunt . Nam quomodo sine parente Ioue vel nasci vel Iunonis filia esse poterit ? nulla est aeris temperies , quam non efficiat ætheris calor ex motu , cum omnis inferiorum corporum actio ex agitatione superiorum proueniat . Qui enim potest aer aliquid ad ortum euocare , nisi solis , ætheris que regionis calore concitatus istud ipsum efficiat ? Quippe cum litigium & amicitia non solum principia sint ortus & interitus rerum , ut sapiens credidit , verumetiam omnia nata conseruent : quibus suas vires equè impertuerint . Martis soror Hebe esse dicitur , quoniam vbertas rerum omnium , & fertilitas agrorum ex eiusdem aeris temperamento oritur , ex quo etiam bella & illorum omnium deuastationes . Mars præterea bonitate regionum alitur , cum nemo propè de sterili & inope regione contendat . Quod autem esis lactucis agrestibus Iuno facta est grauida , quid aliud significat , quam ex ipsa aeris temperie natam fuisse Heben ? Iuno ubi est conuiuio accepta ab Apolline in domum Iouis , nimio calore Solis exarsit ac ætheris : quare agrestes lactucas , que frigida sunt , comedit , ac sic prægnans . Qui non videat per hæc aeris temperiem significari ? qui ubi plus æquo incaluerit , frigus

K expetit